

D. F. G.

# FLORA ALPINA,

VENIA EXPERIEN TISSIMÆ FACULT. MED.  
IN ALMO UPSALIensi LYCÆO,

PRÆSIDE,

VIRO NOBILISSIMIO ET EXPERIEN TISSIMIO

# Dn. Doct. CAROLO LINNÆO,

EQUIT. DE STELLA POLARI, ARCHIATR.  
REG. MED. ET BOTAN. PROFESS. ACAD. UPS. HOL-  
MIENS. PETROPOL. BEROL. IMPERIAL. LONDIN.  
MONSPEL. TOLOS. FLORENT. SOCIO,

SPECIMINIS ACADEMICI LOCO,  
PUBLICÆ VENTILATIONI SUBFICIT

# NICOLAUS N. ÅMANN,

REG. ACAD. SCIENT. HOLMENS. ADSCRIPTUS.  
JEMTLANDUS.

IN AUDIT. CAROL. MAJ. D. XXIV. MARTII,  
ANNI MDCCLVI.

H. A. M. S.

---

UPSALIÆ, Excid. L. M. HØJER, Reg. Acad. Typogr.

KONGL. MAJ:TS  
TRO-MAN och SUPERINTENDENT,  
Öfwer  
Wäster-Norrland,  
HÖGWÖRDIGE och WIDTBERÖMDE  
HERRE,

# HERR DOCT. OLLOF KIÖRNING,

O Låt, Herr Biskop, dessa blad  
Glans af Edert namn få låna,  
Flora willigt går åstad,  
Att i Nordens park Er tjåna.  
Uppå högsta Fiällars berg  
Önskar bon Er Krantsar binda;  
Blomster utaf ågta färg  
Will bon hop med wördnad linda.  
Hon upoffrar Er sitt folk;  
Får hon i Er gunst sig skydda  
Blir hon nögd i kulen bydda,  
Och försvarar wäl sin tolk.  
Högwördige och Widtberömde  
Herr DOCTORENS och SUPERINTENDENTENS

aldrabdmjukaste tjänare,  
NILS N. ÅMANN.

KONGL. MAJ: TS  
TRO-TJÅNARE och PROFESSOR,  
*Högårewördige och Widtberömde*  
**Herr Mag. OLOF BURMAN,**  
Högtförtjänt KYRKOHERDE i Offerdahl,  
Alsen och Mattmar,  
Samt närliggande Contracts PROBST.

KONGL. MAJ: TS  
CAPELLMÅSTARE,  
*Högådle och Widtberömde*  
**Herr P E H R B R A N T.**

LECTOREN vid Kongl. Gymnasium i Hernösand,  
*Högådle och Widtberömde*  
**Herr Doctor NILS GISSLER.**

Mathefeos LECTOREN därställes ,  
*Högådle*  
**Herr Mag. CLEMENT EURENIUS.**  
HÖGGUNSTIGE GYNNARE.

*D*en ynnest utaf Er mig alltid blefwet wisad ,  
Kan ej min ringa hand fullkomligt skildra af ;  
Hon blir på minsta fått , ej som jag wille prisad ,  
Fast ån hwad börjat är jag flöte wid min graf ;  
Fast ån Er öma gunst och godhet jag ej glömmer ,  
Förr ån den Höglas lag mitt stoft i jorden gömmer .

MINE HÖGGUNSTIGE GYNNARES

*börsammaste tjenare,*  
**NILS N. ÅMANN.**

KYRKOHEDEN  
Uti Undersåkers, Åhre, Kall och Mörsills Församlingar  
Wålårewördige och Höglärde  
**Herr JONAS SELLIN,**  
Min Högtårade k. STJUF-FADER.


**N**u åntlig som ur sömn, den ljufwa stunden waknat,  
Då om Er godhet jag för alla qvåda tår.  
En ömhet och en gunst, som mången uselt saknat  
Hos rått och egen Far, jag redan många år,  
Till mer än rågadt mått, af Er min Stjuf-Far njutet,  
Sen på min Faders stoft jag spåda tårar gutet.

Er bör jag ewigt tack, min Far, att jag uplifwas,  
Till finne och förstånd i dygd och mannawett,  
Att efter mulna dar min lycka börjar trifwas,  
Ocb jag i Witterlek får se bwad andre sedt.  
Er bör ock allmånt pris, att kulna fjällens Flora  
Får hyfsad komma fram, och wiſtas bland de stora.

För så mångfaldigt godt och tusend gåfwor flera  
Hwad skulle wäl min hand Er kunna återge?  
Ert ådla sinnelag lår ej begåra mera  
Ån bwad en lydig Son kan för sin Fader te;  
Jag med ett wördsame bröst och nitfullt hjerta beder,  
Att ewighetens Drott Ert lifsmål långt utbreder.

Min Högtårade k. STJUF-FADERS

Lydigste Son,  
NILS N. ÅMANN.



## I. N. D.



Egni cujusque salus & potentia ; certe non insima , ex civium pendet multitudine , quæ ipsa , ubi rerum ad vitam bene agendam utilium copia ei sufficiens adest , ut inde , quantum satis , sibi quisque facile acquirat , haud difficulter existit . Hinc Nationum prudenterissimarum fere omnium prima sollet esse cura œconomie . In primis nostra ætate , evidentissimo hujus rei exemplo est , ut alias reticeamus , natio Anglicana , quæ , per bonam Oeconomiam in Agricultura , Piscatura , re metallica & opificiis variis observatam , ita profecit , ut jam dudum non imitanda modo , sed & reformanda fuerit ceteris .

Quæ opera ac industria humana coli & utilia reddi debent , sunt tria Naturæ Regna ab optimo creatore in usum hominis concessa . In his quæ reperiuntur corpora cum fructu exculturo , suosque in usus conversuro , omnino necessaria est naturæ illorum & proprietatum , quanta datur , notitia , qua destitutus , nihil nisi cæco quodam modo experiri potest , id quod infeliciter fere succedit .

Beneficio Scientiæ Naturalis non primum modo innu-  
A meros .

meros, quos terra ubertim edit, fœtus distincte cognoscimus, sed dein etiam indolem & proprietates eorum, juxta naturalem singulorum nexus, per leges fixas & constantes determinatum, penitus perspicimus. Circa finem superioris & initium hujus seculi, plures vel sola Anglia aluit Scientiae Naturalis cultores, quam omnes pene ceteræ Europæ partes, simul sumtæ. Effecit indefessum, quod horum fuit studium, cum magna solertia conjunctum, expiscandi & explorandi quidquid in patrio eorum reperiebatur solo, ut integra ferme Natio illa, pari velut infecto sit circumspetione & sollicitudine, quam jugiter consecuta est cura capiendo ex omnibus, quæ indagari potuerant, utilitatem quantum excogitare licuit, maximam.

Novissimis temporibus Nostrates, cum fundarent Regiam Academiam Scientiarum Stockholmiensem, indeque continue gnaviter id egerunt, ut, quos in Patria nostra benignissimum Numen reconditos voluit, naturæ partus sedulo tollerentur vitæque aptarentur usibus. Id etiam laudissima Academia, quemadmodum pleraque Ejus Acta in lucem edita perspicue testantur, apprime egit, ut quam plurima, quæ usui esse possint, experimenta cogeret & exponeret œconomica; quæ ipsi quoque & amorem & auctoritatem apud exterros conciliarunt.

Inter alia ejusmodi experimenta, non sine voluptate animadverti illud, quod N. D. Præses A. 1754. Academias Scient. suppeditavit, de cultura Alpium Lapponicarum, insituenda per plantas quasdam vel arbores, quæ ex Alpibus exoticis desumptæ & advectæ, cum insigni reipublicæ emolumento, in nostris illis feri & propagari queunt, quodque adeo Nationi complacuit Nostrati, ut, eadem Academia Scient. distributura primum omnium, quæ proposuit, præmium, N. D. Præsidem, ob hoc ipsum experimentum, primo numismate Auri Symbolico donare, sui officii esse duxerit.

Porro mihi innotuit S:ram R:am M:em clementissima  
201011 manda-

mandata Academiis Regni nuper dedita, de indicanda ratione, qua plantationes in patria ad communem utilitatem instituantur, undeque insuper lex condatur perpetua in negotii executionem & commodum publicum.

Mihi quoniam contigit lucem primam aspicere in ea terra, ubi quotidie meis oculis conspicendos præbuere Alpes Lapponicæ, a tenera usque ætate, cum dolore vidi, tantum terræ tractum, qui tertia fere parte Patriæ continetur, adeo jacere incultum & hominibus inutilem, ac horridissimum quoddam desertum, cum nemo quidquam ex eo capere potuit utilitatis, si paucos excepero Lappones eorumque Rhenones, nec non quod agricultæ nonnulli illuc occidunt Tetrabnes Iagopodes & levia hujusmodi alia, quæ ne millionesimæ quidem partis rationem habent ad ea, quæ debet loci amplitudo. Satis etiam intellexi, vastam hanc, quaqua patet terram, non posse ea ratione, qua ceteræ provinciæ, hominibus reddi utilem, cum montium ejus altitudo, frigus, nudi colles, VIII solummodo hebdomadum æstates & cæspitosa humus, neque agriculturæ exercenda, neque pratis per hiemem tam diutinam suffecturis, relinquant locum. Hinc factum est, ut, inde a primo meo advento in Illustrem hanc Academiam, ubi Scientia Naturalis quotannis docetur, non sine singulari animi voluptate, undecunque ea colligere studuerim, quæ terræ, mihi tam propinquæ & quotidie conspicuae, colendæ inservirent; quæ, in hac tanti momenti re, quæ hominibus quam plurimis sustentandis conducere queat, Patriæ aliquando utilem præstare possem operam. Huc accedit, quod vel maxime mihi stimulum subdidit, clementissima summi Magistratus cura de regni salute perplantationes procuranda. Itaque non posse me argumentum, hoc utilius & elaboratu dignius, eligere arbitratus sum,

## CAP. I.

**A**LPEs sunt terræ species in tellure nostra singularis, æque propemodum ab alia terra aliena, ac mare ipsum vel ipse Indiæ. Ab aliis montibus Alpes has prorsus distingvit earum altitudo, quæ in secundum aëris regionem, seu eousque extenditur, ut nullæ in illis erectæ crescere possint arbores: Alpes igitur eos appellabimus montes, in quibus nulla Sylva crescere potest, aut si vel maxime arbor illuc nasceretur, in altum sese attollere nequirit, sed sine stipite terra adpressa fruticis instar jacere cogeretur.

Dispescuntur Alpes in earum bases seu latera; in alpes propriæ dictas, & in cacumina seu montes glaciales.

Latera Alpium densam usquequa ferunt sylvam, & profunda ac soluta humo, quæ illuc disjecta est, conteguntur.

Alpes propriæ sic dictæ, præter nudos, asperos & sabulosos colles, præcipitia habent campestria & convalles grossiori scatentes humo, crassissimo cuique limo palustri non dissimili, in qua fluunt torrentes aquæ cujusdam frigidæ, & nive provenientes. Locorum hisce aquis proxime superiorem, seu Alpium humillimarum, vastos campos conspicere licet, tectos Lichene rangiferino, qui illuc densus & altus crescit. Alpes adhuc istis aliquanto editiores plantis consitunt *Alpinis*, quæ raræ admodum & humiles prostant, usque ad ipsa montium cacumina, nive perenni, quam nec sol nec pluvia resolvunt, perpetuo contecta. Sunt itaque loca illa campestria, inter memoratos montes glaciales & sylvam lateralem, conspicua, ea ipsa, quæ plantis alpinis occupantur & in quæ mentis aciem intendere animus est.

Tales Alpes in omnibus mundi dantur partibus, saepe etiam a nostra remotissimis, quamvis vel inter ipsos tropicos sitis, quod tamen cum hoc capiendum est discrimine, quod quo calidiores sunt regiones in quibus siti sunt montes, eo antiquiores ipsi sint necessie est, ut naturam induant alpinam, & vicis-

vicissim quo Polis illæ sunt propiores, eo humiliores hi esse possunt, dum habent eandem; adeoque maxima pars Sibiriae, quemadmodum ex Plantis Sibiricis Gmelini luculenter constat, alpinæ est indolis. Itaque omnes alpes quantumvis inter se diffitæ, pro una eademque habendæ sunt terra, eum in finem, huc illuc per tellurem universam disperita, ut efficiat frigus, attrahat nubes & defluentibus flaviis scaturiat perennibus circumiacentes regiones.

Omnis hæ Alpes nive sunt obrutæ usque ad solstitium æstivum, circa quod demum, aër illic locorum, adeo concalescere solet, ut nix tandem solvatur. Quo facto, omnia repente diffluunt nive illa soluta, quippe quæ subito & intra octiduum fere liquefecit, adeo ut campus ad nivem usque perennem denudetur. Quibus ipsis multum differunt alpes a ceteris nostris regionibus, ubi ver diutius protrahitur, quod placido solis calore interdiu plantis ab blanditur, sed tenebris gelu nocturno dampnum infert, id quod minime sustinent plantæ alpinæ, quodque etiam est in causa, cur nostris in hortis tam ægre vigeant plantæ ipsæ Alpinæ Lapponicæ, quæ vicissitudines hasce frigoris & caloris vernalis non ferunt. Alpibus igitur, nive, ut supra dictum, discussa, nudatis, ad stuporem usque videre licet, ut opinione citius & intra octiduum fere, campi virescant, & intra octiduum Plantæ illic ad justam proprietatem magnitudinem succrescant; ut interiectis 8. diebus aliis, florent plenoque superbiant vigore; ut post octo iterum dies, fructus murescant; ut hi, elapsis totidem aliis, plene maturi, semina sua demittant; & denique, ut octo infra diebus interpositis, gelidæ noctes & nives mox reddituram hiemem prænuncient. Ita hic videoas æstatem, nullo interveniente vere, excipere hiemem, quam quinque vel sex hebdomadum rursus, pressis quasi vestigiis, sine prævio autumno, continuo sequitur hiems. Quæ Plantæ tantillo temporis intervallo, non possunt crescere, florere, fructum ferre & murescere, eæ nec possunt

possunt esse Alpinæ. Istæ vero Plantarum Alpinarum, quæ nostris in hortis nutriti queunt, illic ubique locorum crescunt tanquam plantæ vernales, quarum vere cernitur venustas, sed quæ ceterum per totam æstatem atque autumnum aut evanescunt aut tristes comparent. Hinc sequitur, ut plantæ alpinæ, si in hortis nostris propagabuntur, ramulis Abiegnis aliisque hieme sint tegendæ, quo nix in eis quam diutissime conservetur, donec omnes gelidæ noctes vernæ præterierint. Deinde subito sunt detegendæ & apricæ ventis exponendæ, quoad ejus fieri potest, omnibus, velut in solo suo natali, quod, quoniam editum est & patulum, continuis fere verritur ventis. Æstatem in alpibus præterlapsam, ingruente illic gelu, proxime excipit hiems nec admodum pluviosa, nec regelatione interrupta, sed statim magnam afferens copiam nivis, quæ ad altitudinem non vulgarem cumulatur, & terram nondum gelu aite rigentem tegens, a vehementi illo, qui in hisce montium excelsitatibus regnat, tuetur rigore. Itaque etiamsi hæ herbæ in frigidissimo nascantur climate, eam tamen haud sentiunt radices illarum gelu vehementiam, quæ eas vexat in nostro, quamvis multo calidiori. Quo fit, ut herbæ Alpinæ in nostris hortis frigore sæpe pereant, quod eis paradoxon videtur, qui Alpium naturam ignorant.

In Geographis distinctam desidero determinationem etiam earum alpium, quæ in florentissima sitæ sunt Europa, cum condigna attentione non designaverint, quinam montes proprie appellandi sint alpes. Quam plerumque alpium Europæarum acquirere potui notitiam maxime de beo Botanicis; at vero facile metuenda est confusio ab Italîs, qui inter alpinas referunt magnam partem Svecicarum herbarum, quarum tamen non paucæ in ipsis alpibus nunquam crescere possunt. Harum igitur aliquas breviter, exempli caussæ enarrabo, quamvis Alpium historiam texere proprie mei non sit institutus.

1. LAPPONIÆ Alpes inde a mari albo, inter Sveciam & Norvegiam, usque ad Vermelandiam, se extendunt, adeo ut Alpes Lapponicæ & Norvegicæ plane sint eadem, circiter 150 ad 200 millaria Svec. longæ, & 10 ad 20 latæ, ita tamen, ut maxima pars ab eo latere, quo Sveciam spectant, utpote quo lentius declives planities relinqunt majores, quam quo ad Norvegiam vergunt, ubi majora habent præcipitia.

2. PANNONICÆ alpes, ad quas præcipue pertinent, *Carinthia*, *Taurerus rastadiensis*, *Draunstein austriæ superioris*, *Tyrolenses* sive *Tridentinæ* aliæque a *Clusio* & *Bursero* visitatae.

3. HELVETICÆ, quæ sunt duæ quasi montium catenæ, quibus tota Helvetia continetur, illa ad septentrionem & occasum, hæc ad meridiem & orientem, inque his notantur juga *Gottardus*, *Furca*, *Nessus*, *Gemmius*, *Stockorn*, *Hauenstein*, *Wasserfall* atque aliæ, quæ a Nobiliss. *Hallero* accurate notata & visitata sunt.

4. RHÆTICÆ alpes, ut *Baldus*, *Pistorienses*, *Loch* altissimus mons *Vallesiae* &c.

5. ITALICÆ alpes: *Apenninæ*, juga dividentia universam Italiam, *Apuanæ*, *Aprius* mons vulgo *Hortus Centauri*, *Jura* vertice *Thuiri* prope *Genevam*, *Alvernia florentina*, *Muticenses*, *Nurcinæ*, *Argentariæ*, *Aequicolorum*, *Campoclarenses*, *Allobroges* in *Sabaudia* versus *Delphinatum Gallorum*, *Amatricenses*, *Gorganus Apuliae*, &c.

6. GALLICÆ Alpes: *Mons Pilati* supra *Lugdunum Gallorum*, mons *Calcaris* *monspelii* & *Hortus Dei*, *de Lens*, *Bourgoyen* & *Crista*, nec non *Carthusia major* supra *Gratianopolim*, *Mont-d'or* *Montes aurei*.

7. PYRENEÆ alpes inter Galliam & Hispaniam.

8. BRITANNICÆ: In *WALLIA* *Snowdon* & *Caderidin*, in *JORCKSCHIRE* *Ingleborugh*, *Hardknot*, nec non in *ARRONIA*, *WESTMORLANDIA*, ut & in *SCOTIA*, *Betaik* atque in *HIBERNIA*, *Mangerton*, *Sligo*.

9. EXTRA-

9. EXTRANEÆ Alpes, *Olympus*, *Libanon*, *Ararat*,  
*mons Pico Teneriffæ*. *Peruvianas*, *Tatarias* aliasque innu-  
meras sciens præter eo; quas quæsituro, duces plerumque  
sequendi sunt maximi quique fluvii ad primos eorum ramos,  
originem suam sœpissime repentes ex illis, quæ tempestatibus  
aridissimis ex nive sua perenni, aquam suppeditant fluminib-  
bus, alias exsiccandis, siti perituriis animantibus.

## CAP. II.

**P**LANTÆ ALPINÆ sunt 1), qua maximam partem *exigue*,  
utpote in aperto natæ campo, & ventis expositæ omni-  
bus: magnæ enim umbrosis ut plurimum reperiuntur.

2) *Duriiores*, tum quod in sabulo, & terra macra fere  
crescent, tum quod a ventis quassantur & duriori vexantur  
cœlo: ut *taceam*, quod fruticum alburna, per æstatem  
tam brevem, minus crassa induant, adeoque ipsi minus auge-  
ri queant.

3) Dantur etiam in alpibus plantæ nonnullæ *suceulentæ*,  
quæ ex aëre præcipuum suum attrahere possunt alimentum.

4) Sunt pleræque *fruticosæ*, quarum duri ramuli hu-  
mi repunt.

5) Si quæ hic reperiuntur *molliores* plantæ, sunt illæ  
plerumque in solis scaturiginosis & juxta rivos.

6) Inter frutices in alpibus frequentissimæ & præcipue  
sunt *Salices*, quod hæ mature, uti notum est, florent & bre-  
vi producunt fructum suum.

7) Sunt plures in alpibus plantæ *viviparae*, quam alibi,  
quo, si forte fructus non maturescat, caulis suas ferat gem-  
mas sive bulbos, ut *Festuca*, *Poa*, *Polygonum*, *Saxifraga*.

Per alpes nostras proficiscenti plurimas contemplari licet  
plantas peregrinas, quæ alibi in Patria frustra quæruntur, i.e.  
Plantas mere alpinas. Horum si cognoscere cupis nomina,  
descriptions & figuræ, in nullis ea aliis reperies auctoribus,  
quam iis, qui herbas collegerunt in alpibus nobis extraneis,  
quam-

quamvis a nostris procul sitis. Contra, qui herbas perlustrat in longinquis illis crescentes alpibus, quæ alibi in Europa non comparent, earundem magnam partem in nostris alpibus spontaneam agnoscet. Tandem etiam nonnullæ in illis sunt, quæ in illis non deprehenduntur. Aliquæ iterum obviæ sunt in Alpibus Helveticis, quas non invenire licet in Scoticis aut Pyrenæis & sic porro. Cujus tamen rei ratio non videtur esse alia, quam quod, semina sua ab his Alpibus in ceteras, per longam eorum distantiam non licuit illis transmittere vel ferere. Cum igitur plurimæ plantæ Alpinæ pluribus communes sint Alpibus, aliis vero terræ speciebus non item; sat is inde perspicitur rationem & fundamentum soli illarum in ipsa alpium natura latere; hinc ita argumentamur: Quandoquidem eadem est natura Alpium, inque ea continetur ratio plantarum in illis crescentium, sequitur ut eadem in singulis crescere possint plantæ: Ergo quæ in aliis jam crescunt, in nostris etiam crescere possunt. Unde porro hoc resultat conlectarium: Si plantarum quarumcunque Alpinarum semina advecta in nostris fererentur alpibus, non illic modo facile crescerent, verum etiam, ibidem velut in ipsa sua patria, se propagarent & multiplicarent.

Qui Alpes sibi utiles redditurus & cum fructu culturus est, ei, si res recte succedit, 1) omnes plantæ Alpinæ sunt cognoscendæ. 2) Quibusdam in Alpibus singulæ crescent, sciendum, ut semina inde, vel vivas sibi comparet radices. 3) Cunctæ eidem sunt examinandæ, in primis vero indagandum quænam publicis inserviant commodis, utpote quarum in cibis parandis & suppellestibus, in medicina vel fabricis & opificiis usus est, atque haec potissimum plantandæ, quo modo in alpibus nostris novæ oriri & existere poterunt divitiae, & quod insequitur, incolæ, qui eis quiverint sustentari.

Lata ad hunc finem aperietur via, si dignetur REGIA MAJESTAS, exiguum quendam Hortum, in ipsis alpibus instituendum curare, eumque custodiæ & inspectioni cujus-

plam credere, qui plantas peregrinas primum allatas recte curare noverit. Id quod ab accola quodam Alpium eo facilius posset peragi, cum sex ad summum septimanæ quotannis, negotio isti perficiendo essent sufficiunt. Tum vero e tantilla impensa, in terra tam vasta quam nostræ sunt Alpes, quæstus merito speraretur multo uberrimus.

Ad ejusmodi plantas initio comparandas primum & præcipue scitu est necessarium, in quibusnam Europæ Adibus unaquæque crescat; dein ut terræ cujusque præstantissimis negotium detur Botanicis. Neque enim cuiusvis est plantas cognovisse alpinas; habentur quoque generatim prærissimis, cum eas non sine magna molestia contueri lideant, pedestri quippe itinere per loca maxime ardua, aspera & salubrosa, tractusque difficiliis vacuos adeundos spectaturo, ventis quoque procellosis, nivibus, nimbis, fuligini, fami, fatigationi &c. continue exposito.

*Heu! loca felici non adeunda viro!* OVID.  
Præterea etiam ideo raræ sunt, quod in hortis vix reperiuntur, quippe cum cura eardm non cuivis nota sit. Hortulano, quodque in calidioribus regionibus eas in hortis propagare, adeoque & illas consequi, pene sit impossibile. Itaque cum primiorum in hoc negotio requisitorum unum sit, nosse, unde singulæ plantæ peregre missis litteris sint petendæ, labore satis molesto eos evolutos perlustravi auctores, qui raras has plantas alpinas studiose quaætas invenerunt, & orbi Botanico descriptas relinquerunt.

LAPPONICAS Plantas alpinas N. D. PRÆSES perspicue exposuit in sua Flora Lapponica.

HELVETICÆ Plantæ Alpinæ a Rhellicario, Gesnero, Aretio, Baubinis, Scheuchzeris, præsertim vero a Nob. Hallero collectæ, descriptæ & perquisite notatae sunt.

BRITANNICÆ Plantæ Alpinæ e Flor. Britannica Raji  
Iunt excerptæ.

PANNONICÆ Plantas Alpinas qua maximam partem,  
apud Clusium atque in Herbario Burseri reperimus.

GALLICAS Plantas Alpinas ex observationibus Cl. Mon-  
nieri fere defusim.

PYRENAICÆ Plantæ Alpinæ reperiuntur in Tourn-  
fortii institutionibus, ubi tamen non satis sunt determinatae.  
Vide Raji extr. 3624.

RHÆTICÆ Plantæ Alpinæ, maximam partem in  
monte Baldo prope Veronam, & a Cl. Segviero, sunt de-  
sumtæ.

ITALICAS quasdam Plantas Alpinas, i passim apud aucto-  
res offendit.

In Iaponicis nostris Alpibus parum ultra Centuriam  
Plantarum Alpinarum continetur, quibus vero si eas addero,  
quas apud Auctores, de aliis Alpibus agentes, inveni, qua-  
tuor exsurgunt centuriæ, ut in nostris alpibus tres quartæ  
partes earum, quæ illic fieri & crescere possunt, desiderentur.

SIBIRICÆ plantæ magna ex parte sunt Alpinæ, sed  
perpaucas earum habuimus sum inserere, quippe de pleris-  
que haud persuasus, quod in locis tam editis, quam nostræ  
sunt Alpes, creverint, ut & quod in patentibus camporum  
æquoribus perduraverint. Est enim plantarum magna co-  
hors, quæ Alpinarum numero ab auctoribus habetur, nec  
tamen patentiorē campū sustinet, sed in sylvis & um-  
brosis locis ad latera alpium crescere amat, qua propter  
cum plantis mere Alpinis nullo modo est confundenda; ut  
ut enim prope alpes crescant, inter plantas nemorosas, sicut  
Sonchus alpinus omnino sunt referendæ.

Plantarum, quas colligere, quarumque notitiam aliqua-  
tenus distinctam accipere potui, omnium, nomina TRIVIA-  
LIA, quæ data sunt in Speciebus Plantarum, ubi Synonyma  
requiri possunt, brevitatis studio, adscriptis simul, in qui-  
bus crescunt, locis, in adspectum B. Lectoris hic pro-  
feram.

## DIANDRIA, Monogynia.

<i>Circæa</i>	<i>alpina</i>	Lapponiæ, Helvetiæ.
<i>Veronica</i>	<i>bellidoides</i>	Helvetiæ.
	<i>aphylla</i>	Helvetiæ, Juræ, Baldo.
	<i>Bonarota</i>	Baldo.
	<i>alpina</i>	Lapponiæ, Helvetiæ, Baldo.
<i>Pinguicula</i>	<i>alpina</i>	Lapponiæ, Helvetiæ.
	<i>villosa</i>	Lapponiæ, Britanniæ.
<i>Salvia</i>	<i>pyrenaica</i>	Pyrenæis.

## TRIANDRIA, Monogynia.

<i>Valeriana</i>	<i>tripteris</i>	Helvetiæ, Baldo, Pyrenæis.
	<i>montana</i>	Helvetiæ, Pyrenæis, Baldo.
	<i>celtica</i>	Helvetiæ, Vallesiæ, Baldo.
	<i>saxatilis</i>	Austriæ, Stiræ, Baldo.
<i>Crocus</i>	<i>sativus</i>	Helvetiæ, Pyrenæis, Lusit, Traicic.
	<i>Bulbocodium</i>	Italiæ.
<i>Iris</i>	<i>pyrenaica</i>	Pyrenæis.
<i>Schœnus</i>	<i>albus</i>	Sveciæ, Helvetiæ.
<i>Eriophorum</i>	<i>vaginatum</i>	Sveciæ, Helvetiæ.
	<i>alpinum</i>	Sveciæ, Helvetiæ.

## Digynia.

<i>Phleum</i>	<i>alpinum</i>	Lapponiæ, Helvetiæ, Baldo.
<i>Aira</i>	<i>spicata</i>	Lapponiæ, Helvetiæ.
	<i>montana</i>	Lapponiæ, Helvetiæ.
	<i>alpina</i>	Lapponiæ, Helvetiæ.
<i>Poa</i>	<i>alpina vivip.</i>	Lapponiæ, Helvetiæ, Baldo.
<i>Festuca</i>	<i>ovina vivip.</i>	Lapponiæ, Helvetiæ, Scotiæ.

## TETRANDRIA, Monogynia.

<i>Globularia</i>	<i>cordifolia</i>	Helvetiæ, Austriæ, Baldo, Pyrenæis.
	<i>nudicaulis</i>	Austriæ, Pyrenæis.
<i>Scabiosa</i>	<i>alpina</i>	Helvetiæ, Italiæ, Jura.
	<i>graminifolia</i>	Helvetiæ, Baldo, Tridentinis, Pyrenæis.
<i>Galium</i>	<i>rotundifolium</i>	Helvetiæ, Stiræ.
<i>Asperula</i>	<i>taurina</i>	Helvetiæ, Italiæ, Baldo.

pyrenæi-

<i>Plantago</i>	<i>pyrenaica</i>	Pyrenæis.
	<i>Cruciata villosa</i>	T. Pyrenæis
<i>Epimedium</i>	<i>alpina</i>	Helvetiæ, Juræ, Baldo.
<i>Cornus</i>	<i>alpinum</i>	Italiæ, Eganæis, Liguriniis, Pontebæ.
<i>Alchemilla</i>	<i>svecica</i>	Sveciæ frigidiss. vix in ipsis alpibus.
	<i>alpina</i>	Lapp. Helvet. Scot. Bald. Aureæ.
	<i>pentaphylla</i>	Helvet. Furca. Gotthar. Camifio.
<b>PENTANDRIA, Monogynia.</b>		
<i>Cynoglossum</i>	<i>apenninum</i>	Apenninis, Campoclarenibus,
<i>Myosotis</i>	<i>nana</i>	Bocc. T. 107. Italicis.
<i>Diapensia</i>	<i>lapponica</i>	Lapponicæ.
	<i>helvetica</i>	Helvetiæ, Gemmi, Pyntnerberg,
<i>Aretia</i>	<i>alpina</i>	Vallesiæ, Loch.
<i>Androsace</i>	<i>septentrional.</i>	Lapponiæ, Sveciæ, Russiæ.
	<i>villosa</i>	Helvet. Pyren. Aureæ.
	<i>balleri</i>	Helvetia.
	<i>lactea</i>	Austriæ, Helvet. Baldo.
	<i>carnea</i>	Helvet. Pyrenæis.
<i>Primula</i>	<i>farinosa</i>	Svecia, Helvetiæ.
	<i>Auricula</i>	Helvet. Styriæ, Baldo.
	<i>minima</i>	Austriæ, Tauro, Helvet. Judenberg.
	<i>Vitaliana</i>	Helvet. Pyren. Italæ.
	<i>integritolia</i>	Helvet. Stiræ, Pyrenæis.
<i>Cortusa</i>	<i>matthioli</i>	Austriæ, Sibiria.
<i>Soldanella</i>	<i>alpina</i>	Helvet. Aust. Pyr. Lessan. Jur. Bald.
<i>Azalea</i>	<i>lapponica</i>	Lapponiæ.
	<i>procumbens</i>	Lapp. Helvet. Austriæ,
<i>Campanula</i>	<i>uniflora</i>	Lapponiæ.
	<i>bononiensis</i>	Baldo, Bononiæ.
	<i>graminifolia</i>	Aprutii.
	<i>rhomboidalis</i>	Helvet. Italæ.
	<i>tyrsoides</i>	Harcyniæ, Helvetiæ.
<i>Phyteuma</i>	<i>pauciflora</i>	Helvet. Stiræ.
	<i>bemispherica</i>	Helvet. Pyren. Italæ,

	<i>orbicularis</i>	Helvet. Bald. Angliæ, Italiæ, Pyren.
	<i>spicata</i>	Helvet. Bald. Angliæ, Pyren.
	<i>comosa</i>	Baldo, Tyrolentium, Helvet.
<i>Lonicera</i>	<i>pyrenaica</i>	Pyrenæis.
	<i>alpigena</i>	Helvet. Pyren. Allobrogicis, Baldo.
<i>Verbascum</i>	<i>myconi</i>	Pyrenæis.
<i>Ramus</i>	<i>alpinus</i>	Helvetiæ.
<i>Theesium</i>	<i>alpinum</i>	Italiæ, Baldo.
		<i>Digynia.</i>
<i>Swertia</i>	<i>perennis</i>	Helvet. Pyrenæis.
<i>Gentiana</i>	<i>lutea</i>	Lapp. Norv. Helv. Pyr. Bald. Apen. Trid.
	<i>purpurea</i>	Helvetiæ.
	<i>punctata</i>	Helvetiæ.
	<i>asclepiadea</i>	Helvet. Austriæ, Bald, Mauritania.
	<i>acaulis</i>	Helvet. Austriæ, Pyren. Jura.
	<i>verna</i>	Helvetiæ.
	<i>bavarica</i>	Helvet. Bavariæ.
	<i>nivalis</i>	Lappon. Helvetiæ.
	<i>utriculosa</i>	Helvet. Italiæ, Baldo.
	<i>ciliata</i>	Helvet. Italiæ, Bald. Pyrenæis, Canada.
	<i>cruciata</i>	Helvet. Austriæ, Appenninis, Pyren.
<i>Eryngium</i>	<i>alpinum</i>	Helvet. Italiæ.
	<i>amethystinum</i>	Styriæ.
<i>Astrantia</i>	<i>major</i>	Helvet. Bald. Pyren. Aureæ, Hetruriæ.
	<i>minor</i>	Helvetiæ.
<i>Bupleurum</i>	<i>stellatum</i>	Helvetiæ.
	<i>petraeum</i>	Helvet. Baldo.
	<i>angulosum</i>	Vallesiæ, Pyrenæis.
	<i>longifolium</i>	Helvetiæ.
	<i>odontites</i>	Vallesiæ.
	<i>ranunculoid.</i>	Helvet. Pyrenæis.
<i>Athamantha</i>	<i>Meum</i>	Helvet. Hispan. Italiæ.
<i>Laserpitium</i>	<i>Siler</i>	Baldo.
<i>Crithmum</i>	<i>pyrenaicum</i>	Pyrenæis.

Heracleum	<i>panaces</i>	Sibiriae, Apennin.
	<i>austriacum</i>	Austriæ, Baldo.
	<i>alpinum</i>	Helvetiæ.
Ligusticum	<i>austriacum</i>	Austriæ, Baldo.
	<i>peleponesiacæ</i>	Rhetiæ, Baldo.
Angelica	<i>Archangelic.</i>	Lapon. Pyrenæis.
Phellandrium	<i>Mutellina</i>	Helvet. Pyrenæis.
Scandix	<i>odorata</i>	Alvernæ.
Chærophyll.	<i>bifidum</i>	Helvetiæ.
Imperatoria	<i>Ostruthium</i>	Helvet. Austriæ, Alvernæ, Pyren.
	<i>tenuifolia</i>	T. Pyrenæis.
Seseli	<i>pyrenaicum</i>	Pyrenæis.
Thapsia	<i>alpina lucid.</i>	Bocc. Italæ.
		<i>Pentagynia.</i>
Linum	<i>laricis folio</i>	T. Pyrenæis.
Sibbaldia	<i>procumbens</i>	Lapon. Helvet. Scotiæ.
		HEXANDRIA, Monogynia.
Narcissus	<i>pfeifferi</i>	Narc. Jura, Pyrenæis.
Bulbocodium	<i>serotinum</i>	Helvetiæ Anglie.
Allium	<i>Vittorialis</i>	Helvet. Ital. Aureæ.
	<i>pyrenæum C. R.</i>	Pyrenæis.
Fritillaria	<i>pyrenaica</i>	Pyrenæis.
Erythronium	<i>Dens canis</i>	Sibir. Virgin. Tauro, Ligur. Allobrog.
Ornithogal.	<i>pyrenaicum</i>	Helvet. Pyren. Genev. Baldo.
Anthericum	<i>calyculatum</i>	Lapon. Helvet. Sibiræ.
Hemerocallis	<i>Liliastrum</i>	Helvet. Allobrog. Baldo.
Juncus	<i>irifidus</i>	Lapon. Helvet. Pyrenæis.
	<i>biglumis</i>	Laponiæ.
	<i>triglumis</i>	Tauro.
		<i>Trigynia.</i>
Rumex	<i>alpinus</i>	Helvetiæ Baldo.
	<i>scutatus</i>	Helvetiæ Baldo.
	<i>digynus</i>	Lapon. Scot. Helvet. Pyren.
	<i>Acetosa</i>	Laponiæ.

*Scheuchzeria palustris* Lappon. Helvetiæ.

OCTANDRIA, *Monogynia.*

*Epilebium alpinum* Lappon. Helvetiæ.

*Daphne alpina* Helvet. Italiæ.

*eneorum* Helvet. Austr. Pyren. Baldo;

*Digynia.*

*Möhringia muscosa* Helvetiæ Italiæ.

*Trigynia.*

*Polygonum Bistorta* Helvet. Austræ.

*viviparum* Lappon. Helvet. Sibiriæ.

DECANDRIA, *Monogynia.*

*Rhododendr. ferrugin.* Helvet. Pyren. Allobrog. Bald. Jura,

*bifutum* Helvet. Austr. Baldo.

*Chamaecistus* Baldo.

*Andromeda tetragona* Lapponiæ.

*hypnoides* Lapponiæ.

*cerulea* Lappon. Sibiriæ.

*Arbutus alpina* Lappon. Helvet. Sibir. Britanniæ,

*Digynia.*

*Saxifraga Cotyledon* Lappon. Helvet. Bald. Pyren,

*hybrida* Helvet. Baldo.

*androsacea* Helvet. Sibiriæ.

*caesia* Helvet. Austr. Pyren. Bald.

*burseriana* Taurero rastadienti, Baldo.

*bryoides* Helvet. Pyrenæis.

*stellaris* Spitsberg. Lapp. Helv. Stir. Brit. Pyren,

*crassifolia* Sibiriæ.

*oppositifol.* Lappon. Helvet. Britann.

*nivalis* Spitsberg. Lappon. Arvoniam, Canadæ.

*Geum* Helvet. Pyrenæis.

*rotundifol.* Pyren. Sibiriæ.

*aizoides* Lappon. Britanniæ.

*ternua* Lapponiæ.

*riularis* Lapponiæ,

	<i>greenlandica</i>	Grœnlandiæ, Pyrenæis.
	<i>geranioides</i>	Pyrenæis.
	<i>tridaëtylites</i>	Lappon. Pyrenæis.
	<i>cæspitosa</i>	Lappon. Helvet. Trident. Bald.
	<i>hypnoides</i>	Helvet. Austr. Britann. Pyren.
	<i>adscendens</i>	Taur. Bald. Pyren.
<b>Gypsophila</b>	<i>repens</i>	Helvet. Austr. Sibir.
<b>Dianthus</b>	<i>flore roseo T.</i>	Pyrenæis. <i>Trigynia.</i>
<b>Cucubalus</b>	<i>acaulis</i>	Lappon. Helvet. Britann. Bald.
<b>Stellaria</b>	<i>dichotoma</i>	Helvet. Sibiriæ.
	<i>cerastoides</i>	Lapponiæ.
	<i>biflora</i>	Lappon. Baldo.
<b>Arenaria</b>	<i>tetraquetra</i>	Pyrenæis.
	<i>montana</i>	Auræi, Bald. Monspeliæ.
	<i>mucronata</i>	Helvetiæ.
	<i>bavarica</i>	Bavar. Baldo.
	<i>ciliata</i>	Helvet. Pyren. Bald.
	<i>striata</i>	Austr. vallis angustæ.
<b>Cherleria</b>	<i>ledoides</i>	Helvet. Vallesiæ, Baldo. <i>Pentagynia.</i>
<b>Agrostemma</b>	<i>flos jovis</i>	Helvet. Rhetiæ.
<b>Lychnis</b>	<i>alpina</i>	Lappon. Helvet. Pyren. Sibir.
	<i>apetala</i>	Lappon. Sibir.
<b>Cerastium</b>	<i>alpinum</i>	Lappon. Helvet. Britann. Pyren.
	<i>strictum</i>	Helvet. Austriæ.
	<i>latifolium</i>	Helvetiæ.
		<b>DODECANDRIA, Trigynia.</b>
<b>Reseda</b>	<i>glauca</i>	Pyrenæis.
<b>Euphorbia</b>	<i>hyberna</i>	Austr. Britann. Pyren. Sibir. <i>Dodecagynia.</i>
<b>Semperviv.</b>	<i>arachnoid.</i>	Helvet. Pyren. Ital. Bald.
	<i>montanum</i>	Helvetiæ.
	<i>birtum</i>	Taurero.

ICOSANDRIA, *Digynia.*

<i>Crataegus</i>	<i>Aria</i>	Helvetiæ. <i>Pentagynia.</i>
<i>Mespilus</i>	<i>Amelanchier</i>	Helvet. Austricæ. <i>Chamæesp.</i> Austr. Pyrenæis.. <i>Polygynia.</i>
<i>Rubus</i>	<i>Chamæorus</i>	Sveciæ.
<i>Potentilla</i>	<i>alba</i>	Austr. Baldo.
	<i>caulescens</i>	Helvet. Austr. Stir. Tyrol. Horto Del.
	<i>nivea</i>	Lappo. Sibiriæ.
	<i>aurea</i>	Helvetiæ.
	<i>grandiflora</i>	Helvet. Sibiriæ.
	<i>heptaphylla</i>	Helvetiæ.
<i>Geum</i>	<i>montanum</i>	Helvet. Austr. Delphin. Baldo.
	<i>reptans</i>	Helvet. Baldo.
<i>Dryas</i>	<i>pentapetala</i>	Sibiriæ.
	<i>octopetala</i>	Lapp. Helv. Austr. Bald. Jur. Br. Pyr. Sibi.

POLYANDRIA, *Monogynia.*

<i>Papaver</i>	<i>alpinum</i>	Helvet. Austr. Baldo.
	<i>chambricum</i>	Britann. Pyrenæis.
<i>Argemone</i>	<i>pyrenaica</i>	Pyrenæis.
<i>Cistus</i>	<i>serpillifolius</i>	Austricæ.
	<i>apenninus</i>	Appenninis.
		<i>Trigynia.</i>
<i>Aconitum</i>	<i>lycoctonum</i>	Lappo. Helvet. Austr. Ital. Bald.
	<i>pyrenaicum</i>	Pyren. Sibir. Baldo.
<i>Anthora</i>	<i>Anthora</i>	Helvet. Pyren. Taur. Allobrog. Bald.
		<i>Pentagynia.</i>
<i>Aquilegia</i>	<i>alpina</i>	Helvetiæ.
		<i>Polygynia.</i>
<i>Anemone</i>	<i>alpina</i>	Helvet. Austricæ.
	<i>apennina</i>	Britann. Apenninis.
	<i>narcissifol.</i>	Helvet. Aust. Sibiriæ.
<i>Atragene</i>	<i>alpina</i>	Helvet. Bald. Sibiriæ.

- Thalictrum *alpinum* Lappon. Avorniæ.  
*fætidum* Helvet. Vallesiæ.  
 Ranunculus *gramineus* Pyrenæis.  
*amplexicaul.* Pyren. Apenninis.  
*Thora* Helvet. Pyren. Bald. Jura.  
*aconitifol.* Lappon. Helvet. Austr. Pyrenæis.  
*rutifolius* Austr. Delphinatus.  
*glacialis* Lappon. Helvetiæ.  
*nivalis* Lappon. Helvet. Bald.  
*alpestris* Helvet. Austr. Bald.  
*lapponicus* Lapponiæ.  
 Trollius *europæus* Lappon. & extra; Helv. Pyren.  
 Isopyrum *thalictroides* Italiae.  
*aquilegioides* Helvet. Trident. Apennin.  
 Helleborus *niger* Apennin. Bald. Jura.

## DIDYNAMIA, Monospermia.

- Teucrium *pyrenaicum* Pyrenæis.  
 Betonica *alopecuros* Austr. Ital. Sabaudiæ, Bald.  
 Sideritis *hyssopifol.* Helvet. Pyren. Ital.  
*minima* T. Pyrenæis.  
 Orvala *garganica* Apuliæ.  
 Thymus *alpinus* Helvet. Austriæ.  
 Marrubium *pseudodict.* T. Pyrenæis.  
 Horminum *pyrenaicum* Tyrolensisbus, Pyren. Bald.  
 Scutellaria *alpina* Helvet. Sibiriæ.  
Angiospermia,  
 Bartia *alpina* Lappon. Helvet. Bald. Brit. Allobr. Pyr.  
 Tozzia *alpina* Helvet. Austr. Pyren. Ital.  
 Pedicularis *rostrata* Helvet. Austr. Pyrenæis.  
*Jeptr. Carol.* Lapponiæ.  
*reputita* Helvetiæ.  
*flammea* Lappon. Helvetiæ.  
*hirsuta* Lapponiæ.  
*lapponica* Lapponiæ.

- comosa* Helvet. Baldo.  
*tuberosa* Helvet. Ital. Pyren.  
**Antirrhinum** *alpinum* Helvet. Austr. Bald. Jura.  
*origanifol.* Pyrenæis.  
**Erinus** *alpinus* Helvet. Pyren. Aureæ.  
*pyrenaicus* T. Pyreneæ.  
**Linnæa** *borealis* Lapp. Svec. Helvet. Bald. Sibir. Canad.  
**TETRADYNAMIA**, *Siliculosa*.  
**Draba** *alpina* Lapp. Helvet. Baldo.  
*pyrenaica* Pyrenæis.  
*incana* Lapponiæ.  
**Lepidium** *nasturt. alp.* T. R. Helvet. Italæ.  
**Thlaspi** *montanum* Helvet. Austr. Bald. Pyren.  
*saxatile* Baldo.  
**Cochlearia** *saxatilis* Helvetiæ.  
**Iberis** *rotundifol.* Helvetiæ.  
*odorata* Allobrogicis.  
*Siliquosa*.  
**Dentaria** *pentaphyllum* Helvet. Allobrogicis.  
**Cardamine** *bellidifolia* Lapp. Helvet. Bald. Britann.  
*asarifolia* Italæ.  
*trifolia* Lapp. Helvet. Aureæ.  
*resedifolia* Helvet. Pyren. Aureæ.  
**Brassica** *alpin. perennis* T. Pyrenæis.  
**Sisymbrium** *strictissim.* Helvetiæ.  
**Arabis** *alpina* Lapp. Helvet. Baldo.  
**MONADELPHIA**, *Decandria*.  
**Geranium** *phaeum* Helvet. Austr. Jura. Pyren.  
*argenteum* Baldo.  
**DIADELPHIA**, *oestandria*.  
**Polygala** *Chamæbuxus* Helvet. Austriæ.  
*Decandria*.  
**Ononis** *pumila* T. Pyrenæis.  
**Orobus** *pyrenaicus* Pyrenæis.

*luteus*

- luteus* Helvet. Bald. Pyrenæis.  
**Cytisus** *Laburnum* Helvet. Sabaudiaæ.  
*Hedysarum* *alpinum* Helvet. Sibiriæ.  
**Phaca** *alpina* Lappon. Sibiriæ.  
**Astragalus** *hedysaroid.* Helvet. Sibiriæ.  
*alpinus* Lapp. Helvetiæ.  
*montanus* Helvet. Vallesiæ.  
*vesicarius* Delphinatus.  
*depressus* Pyrenæis.  
*alpin.proc.* Helvet. Bald. Pyren. Ital.

**POLYADELPHIA, *Polyandria.***

- Hypericum** *olympicum* Pyren. Olympo.  
*nummularium* Pyrenæis.

**SYNGENESIA, *Polygamia æqualis.***

- Sonchus** *alpinus* Lappon. Helvet. Austr. Jura.  
**Prenanthes** *tenuifolia* Ital. Pyrenæis.  
**Hieracium** *incanum* Helvet. Taur. Ital.  
*alpinum* Lapp. Britanniæ.  
*aurantiacum* Helvetiæ.  
*chondrilloides* Austriae.  
*porrifolium* Austr. Italiae.  
*cerinthoides* Pyrenæis.  
*amplexicaule* Pyrenæis.  
*pyrenaicum* Pyrenæis.  
*blattarioides* Pyrenæis.

- Crepis** *alpina* Italiae.

- Hyoseris** *fætida* Austr. Italiae.

- Arctium** *personata* Helvet. Austr. Ital.

- Serratula** *alpina* Lapp. Helvet. Austr. Britann. Sibir.

- Cnicus** *spinosissimus* Helvet. Austriae.

- centauroides* Pyrenæis.

- Carlina** *pyrenaica* Pyrenæis.

- Cacalia** *alpina* Helvet. Austr. Bald. Aureæ.

*Polygamia superflua.*

- Gnaphalium** *Leontopod.* Helvet. Valles. Austr. Bald. Jura, Siber.

*alpinum*

	<i>alpinum</i>	Lappon. Helvetiæ.
<b>Conyza</b>	<i>bifrons</i>	Pyren. Canada.
<b>Erigeron</b>	<i>alpinum</i>	Helvetiæ.
	<i>uniflorum</i>	Lapp. Helvet. Aureæ.
<b>Tussilago</b>	<i>alpina</i>	Helvet. Austr. Bald. Jura.
	<i>frigida</i>	Lapp. Helvet. Sibir. Bald.
<b>Senecio</b>	<i>incanus</i>	Helvet. Austr. Pyren.
	<i>abrotanifol.</i>	Austr. Pyrenæis.
<b>Aster</b>	<i>alpinus</i>	Helvet. Valles. Austr. Pyren. Bald.
<b>Solidago</b>	<i>alpina</i>	Helvet. Austr. Bald.
	<i>Doronicum</i>	Helvet. Austr. Ital. Pyren.
<b>Inula</b>	<i>montana</i>	Helvet. Valles.
<b>Arnica</b>	<i>montana</i>	Lapp. Helvet. Bald. Pyren.
	<i>scorpioides</i>	Helvet. Ballo.
<b>Doronic.</b>	<i>pardalianch.</i>	Helvet. Valles. Austr. Pyren.
	<i>incanum</i>	Helvet. Pyren.
	<i>bellidiastrum</i>	Helvet. Italiae.
<b>Crysanthem.</b>	<i>alpinum</i>	Helvetiæ.
<b>Achillea</b>	<i>macrophylla</i>	Helvet. Italiae.
	<i>clavennæ</i>	Austr. Baldo.
	<i>alpina</i>	Sibiria.
	<i>atrata</i>	Helvet. Austr. Valles,
	<i>nana</i>	Helvet. Valles,
<b>Bupleurum</b>	<i>salicifol.</i>	Austriæ.
	<i>grandiflor.</i>	Austr. Italiae.
	<i>Polygamia Frustranea.</i>	
<b>Centaurea</b>	<i>Centaurium</i>	Bald. Gargano, Jura, Tharia.
	<i>montana</i>	Helvet. Bald. Pyren.
	<i>Rhapontica</i>	Helvet. Baldo.
	<i>Polygamia Necessaria.</i>	
<b>Othonna</b>	<i>integrifol.</i>	Helv. Austr. Bald. Pyren. Sibiria.
	<i>Monogamia.</i>	
<b>Viola</b>	<i>pinnata</i>	Helvet. Austr. Bald. Pyren. Sibir.
	<i>montana</i>	Lapp. Austr. Bald.
	<i>calcarata</i>	Helvet. Pyrenæis.
		<i>biflora</i>

*biflora* Lapp. Helv. Jura, Britann. Pyren. Bald.

**GYNANDRIA, Diandria.**

*Satyrium nigrum* Lapp. Helvet. Bald.

*Ophrys alpina* Lapp. Helvetiæ.

*Cypripedium bulbosum* Lapp. Sibiriæ.

*Polyandria.*

*Arum proboscideum* Apenninis.

**MONOECIA, Triandria.**

*Carex saxatilis* Lapponiæ.

*atrata* Lapp. Helvetiæ.

*Tetrandria.*

*Betula nana* Lapp. Sibiriæ.

*Monadelphia.*

*Pinus Cembra* Helv. Valles. Bald. Allob. Trid. Tat. Sibir.

*Cedrus* Libano, Tauro, Amano.

*Larix* Helvet, Valles. Austr. Ital. Sibir,

*Picea* Helvet, Bavar. Scot. Aureæ.

**DIOECIA, Diandria.**

*Salix myrsinoides* Lapp. Helvet. Ital. Bald.

*retusa* Helvet. Austr. Ital.

*herbacea* Spitsberg. Lapp. Helvet. Ital.

*reticulata* Lapp. Helvetiæ.

*glaucia* Lapp. Pyrenæis.

*lanata* Lapponiæ.

*lapponum* Lapp. Helvetiæ.

*Oæandria.*

*Rhodiola rosea* Lapp. Helvetiæ, Austr. Britann. Bald.

**CRYPTOGAMIA, Filices.**

*Polypodium lonchitis* Helvet. Bald. Juræ, Arvorn. Virgin.

*Lioetes lacustris* Lapp. Britanniæ.

*Musci.*

*Lycopodium alpinum* Lapp. Helvetiæ.

*helveticum* Helvetiæ.

*Splachnum rubrum* Lapp. Sibiriæ.

	<i>luteum</i>	Lapp. Sibiriæ.
Polytrichum	<i>alpinum</i>	Helvet. Britanniæ.
Bryum	<i>tortuosum</i>	Svec. Helvet. Britann. Ital.
		Algæ.
Jungermannia	<i>julacea</i>	Britanniæ.
	<i>alpina</i>	Britanniæ.
Lichen	<i>croceus</i>	Lapp. Helvet. Grœnlandiæ.
	<i>nivalis</i>	Laponiæ.
	<i>arcticus</i>	Sveciæ.

Ex his plantarum ita allatis speciebus, paucissimas tantum exempli loco eligam, quarum in conficiendis cibis, œconomia, tinctura, Medicina &c. usus est.

Cum vero singularum demonstrare usum, primum mihi foret opus nimis diffusum, quo tenues meæ pagellæ in grande excrecerent Volumen; deinde vires, & dicti earum usus, ab orbe nostræ ætatis erudito, non satis sunt determinati, quin essent multi hujusmodi detegendi, si plantæ illæ vivæ haberentur ad manus, ut eas coram experiri posset; aliquas tantum uniuscujusque supra dicti usus, exempli causa memorare juvabit.

ESCULENTÆ Plantæ, quantum scio, parvum consti-  
tuunt numerum. *Heracleum panaces*, *austriacum*, *alpi-  
num*, *Angelica archangelica*, *Eryngium alpinum*, *ametystinum*, *Sonchus alpinus*; perplurimæ Species Tetrady-  
niæ, *Prenanthes*, *Hieracia* & nonnullæ aliæ, partim crudiæ partim coctæ possunt comedî, ne quid nunc dicamus de  
nucibus Pini Cedri.

OECONOMICARUM plantarum recenseri possent  
complures, & apud nos *Betula nana*, variæ *Salices* & *Gramina varia*, præcipue vero *Pini* Species plures.

*Pinus PICEA*, arbor admodum magna, crescit in summis montibus Helvetiæ, Sveviæ & Scotiæ, sed proxime ad illum locum, ubi Sylva patentibus terminatur campis, & in quo

quo ipso ingens profundi humi atræ deprehenditur copia. Arbor hæc non vulgarem præstat usum, si afferes aliaque instrumenta & utensilia œconomica ex ea fuerint confecta. Potissimum vero ex illa sumitur Terebinthina vulgaris, qua quam plurimi quotidie utuntur opifices, præter magnam ejusdem copiam, quæ in Pharmacopoliis usurpatur.

**Pinus LARIX**, quæ in Alpibus Helvetiæ, montibus Tridentinis & Sibiricis crescit, proceritate nostras facile æquat Abietes. Lignum ejus nec multum aquæ sorbet, nec sub æstu agit rimas, quare serius, quam ulla fere arborum generum alia, putreficit, unde hoc vix datur aptius aliud ad perdurandum sub dio; ut taceamus ejusdem in maximis sustinendis molibus firmitatem & tenacitatem, quæ in cauffa, cur arborem illam in ædibus construendis & navibus, sæpissime adhibeant Veneti. Ubi hæc in Siberia uberius crescit, illuc magno numero se conferunt Mustelæ Zibellinæ, quarumque pelles pretiosissimæ per universam magni emuntur Europam. Eadem hæc arbor Venetam dat *Terebinthinam*, priori præstantiorem, & iisdem usibus inservientem. Crescit denique super ipsa fungus ille purgans *Agaricus*, qui in medicina est percelebris & in officinis pharmaceuticis multum consumitur. Nob. Hallerus perhibet, quod illic in alpibus crescere incipiat, ubi cetera sylva desinit, quare etiam in nostris Alpibus ibi præcise plantari posset, ubi, sylva terminata, apricæ cœperunt patere.

**Pinus CEMBRA**, & vulgo appellata *Cedrus Sibirica*, in Alpibus Helveticis, *Allobrogicis*, Tyrolensisibus & Tridentinis adeo excelsis eminet, ut, ubi Larix deficit, hæc demum silvas formare incipit. Gmelinus in Fl. Sib. T. I. p. 179, de ea narrat sequentia: Naturalis planta in omni Sibiria abundat, frigoris patientissima & locorum palustrium amantissima, arbor aspectu jucundissima, recta, intense viridis, excelsa, interdum quovis robusto viro crassior.

"In Verchoturensi tractu qui saxosus est, tanta hujus arboris  
 "copia, ut iis annis qui promotioni conorum favent, inco-  
 "lae, relictis agris, sylvas petant, nuculas collecturi, quæ  
 "etiam mensis secundis apponuntur & gustu sunt svaies.  
 "Ex iisdem divites oleum exprimunt, quod recens optimi  
 "saporis est. Lignum parum olet, a scriniariis Sibiricis fa-  
 "cile ad opera scriniaria præfertur, propter mollietatem suam  
 "& resinæ paucitatum, quæ utraque qualitas efficit, ut fer-  
 "ro minus resistat.

Pinum CEDRUM in lateribus alpium Lapponiarum  
 etiam crescere posse probabiliter putamus. Hæc vulgo ap-  
 pollatur *Cedrus de Libano*. Lignum ejus maximi fuit apud  
 veteres, quod sero admodum putrescens, durum, ad regulam  
 fissile, subruberum, Dermestumque hostis sit. Hinc ex ea pri-  
 sci capsas, cistas & capulos, quam diutissime perdurantes  
 confecerunt. Ex quibus omnibus eximum ejus in œcono-  
 mia usum tutissime licet concludere.

TINCTORIÆ Plantæ Alpinæ, magno quidem numero  
 non sunt detectæ, enimvero si CROCUS unquam, cuius vera  
 patria alpes sunt, nostris alpibus insertus, Lamii instar, nam  
 in solis alpibus spontaneas crescit, se multiplicare posset, vel  
 unicum hoc experimentum, ad Lappones alpium incolas,  
 plus ditandum, quam cuncti quos alunt Rheno-Cervorum  
 greges, sufficeret. Et quandoquidem cultura ejus manum  
 requirit diligentem nan laboriosam, Lapponicæ, quam ulli  
 fere alii, rectius conveniret genti.

MEDICINALES plantæ, in Alpibus crescentes, sunt  
 variae, estque vis earum per omnia major, si in ipsis alpi-  
 bus, quam si extra eas creverunt. Radices Archangelicæ &  
 Rhodiæ in nostris alpibus adeo copiose jam crescunt, ut uni-  
 versæ ex iis Europæ, quantum satis, quotannis suppeditare  
 & possemus & deberemus. Ratio, cur non colligantur &  
 naviis peregre exportentur, nulla est alia, quam quod ra-  
 dices istæ colligendæ effent mature admodum tempore ver-  
 nali,

nali, priusquam germinare incipient, seu eo ipso tempore, quo nive alpes maxime diffluent, quoque nulli, nisi Lappones quidam incuriosi, in eis versantur homines, nam postmodum virtutis suæ plurimum amittunt. Radices Rhodiæ, quæ, in Alpibus, rosaceum odorem copiose spirant suavissimum, in hortis nostris, volatilis hujus ne vicefimam quidem partem habent: & Archangelica, quæ in Alpibus crevit, nullo non tempore, omni hortensi multo præstantior est judicata. Inter exteras, quæ in Alpibus crescunt, plantas, numeratur SPICA CELTICA, quæ inter odoramenta plurimum olim adhiberi sivevit, & in Ægyptum, ubi balneis immiscetur fœminarum nobiliorum, quotannis transportabatur. GENTIANA rubra, cuius in officinis pharmaceuticis quotidianus & plurimus est usus, in parte alpium, qua Norvegiam spectant, crescit, possitque adeo in nostris facillime seri, ut ejus ne drachmam quidem nobis ab exteris adportare opus esset: Ne nunc quidquam dicamus de aliis compluribus, fonticas quippe ob cauſas brevitati litantes.

*Primitias dedimus quas noster agellus habet  
quales ex tenui rure venire solent.*

S. D. G.

Till SIN WÅN.

Ert wett, Er snilles eld nu börjar till att lysa,  
Min Wån till Ert beröm jag dristigt jäga tör:  
Kan Swånska Fjällar stam af Libans Ceder byja;  
Kan Saffran i vår bygd så trifwas som han bör,  
Hwem klandrar då Er konst, hwem nekar Er belöning,  
Som uppå dygd och wett rått vårdé alltid sart?  
Hwem heldre ser än jag, f skynden till den kröning,  
Der Eder hjæssa blir beprydd med DOCTORS HATT.

\* \* \*

Till Herr AUCTOREN.

**A**tt örter skilde väl till hjonelag och flockar,  
Som man på Södre Berg och utlansk Backa plockar,  
Sin matjord kunna ha på våra Svenska Fjäll  
Samt der fin trefnad ta i Norra Floras tjäll

Det wisen J min Wän, till allas lust och nöje  
Som utaf allmånt väl ej göra skamligt löje.  
Men dermed intet nog, J wisen ännu mer,  
Hwad nyttta deraf gror och fördel det oss ger:

Herr ÅMANN haf då tack, som ljas i saken tändar,  
**Tro fritt en DOCTORS HATT Apollo Eder sänder.**

NILS PAULIN.

Till den samma.

**M**ånga bilder många griller  
Sysselsätta vårt begår,  
Största delen likna giller,  
Som oss fångsla i besvär.  
Mycket syns till ytan fagert,  
Som dock finns i nyttan magert,

Skåda GUD uti naturen  
Och Hans lagar röna ut  
**Huru Stenar, Örter, Djuren**  
Födas, växa, se sitt flut,  
År en klok en nyttig lära  
Som förökar Skaparns åra.

Glants jag önskar; wittert snille  
Felas ej med dygdig sjål,  
**När som lyckan i sitt gille,**  
Grundar lön, på rätta skål,  
Dygden nögd på årans wingar  
**Till förtjenst sig muntert swingar.**

C. A. B \* \* \*